

pentangulus sarmentatus. Circumscriptio. M. METEL-
LVS Q. F. Nummum hunc argenteum memini me
uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

293. Hercules iunior, Leoninam gerens pellem capite, effigiatur.
Ad dei hinciput est. S. C.

In altera.

Coronæ laureæ quatuor, medium globum obsepient. in
inferiori parte palmula, et spica triticea. Inscriptio
nulla. Nummum hunc argenteum mihi Romæ
commonstravit D. Achilles Maphæus.

In una parte.

294. Concordia laureata, obuclataq; caput, lauo obtutu, de-
pingitur. Inscriptio. CONCORDIA. PAVLVS LEPIDVS.

In altera.

Puteal inuenio, sertis undiq; obuinctum suauolentibus.
Cuius in utroq; latere Lyra est. Inscriptio. EUTERL.
SERRA Nummum hunc argenteum memini
me uidisse apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

295. Diana depingitur, capillo leuiter conuoluta, lauo ob-
tutu. ad cuius ceruicem est arcus. Inscriptio nulla.

In altera.

Trulla et accensa fax inspiciantur. Inscriptio. M. PLAE-
TORI. CEST. EX. S. C. Nummum hunc argenteum
memini me uidisse apud D. Ant. Augustinum Romæ.

In una parte.

296. Concordia dea uidetur, obuclata caput, laureata, lauo
obtutu. ad ceruicem. S. C.

In altera.